



Bonincontrus (Laurentius) Vaticinium pro anno 1488.

Ad Reuerendiſſimũ In chriſto patrẽ ⁊ dñm Raphaelẽ de reario Cardinalẽ ⁊ S. Georgij. S. D. A. camerariũ laurentij bonincontrij miniatenſis vaticinium.

Si quis erit qui te rogitet que tempora currãt.
Qualia ſint: moreſq; virũ: ſimiles ne priorum.
Diſſimiles ve fluãt vrbis matres ue pudice.
An molles vidue nupte ſeruent ve decorem.
Fertilis an meſſis vel ſit vindemia fallax
Dicite venturis felicẽ meſſibus annum.
At ſiquis ſtatus proprij fratrũq; requirat.
Uel peſtis ciues vexet: cedes ve rapine.
Cautius inquirat: fiant vel tempora pacis:
An bellũ romana pubes affectat ⁊ arma
Oblitam referes priſce virtutis ⁊ omnis
Antique laudis veterũ fameq; decoris.
Sin regum mortes hereſis vel dira reſurgat
Concilio ex aliquo: quoniã diuina poteſtas
Hec rogito arbitrio linquẽs meditanda virorũ
Illorũq; magis: quibus eſt ea cura mouere.
Qui populos curãt iuſto moderamine legum
Et quibus illa ſuo pendent de pectore tantũ:
Qui dare pauperiẽ poſſunt: placidãq; quietẽ.
Et turbare viros: ⁊ vertere candida in atrum.
Diggere tu tantũ celi pendentia fata:
Quas terre partes ſignant: quibus aſtra refulgent
Quaſq; premant celi ſubter labentia ſigna
Regna generatim dices: ⁊ operta reſolue
In lucem: priuata cauens inſerere dictis
Ne tibi forte aliquis ſuccenſeat. inſcius aſtri
Quo pendet lux ſera ſui: fatum ve malignum.



His veluti quibusdã preambulis assũptis quo facilius que dicet̃ intelligant̃ p infra signata capita diggerem⁹·Primo erit celi cõfiguratione ostẽdere·⁊ quis sit anni dñs.Sc̃d'o pmittere pfectiones eclipses oppositionẽ precedentẽ ⁊ cõiunctiões pteritas ⁊ futuras sine qbus iudiciũ istud stare nõ posset.Tertio de aeris dispositione loq ⁊ terremotu·Quarto de fertilitate·Quinto de dispositione vulgi nobiliũ ⁊ magnatũ·Sexto de pestilẽtia.Septimo de bello·Octauo de ecclipsi solis tã anni supioris q̃ psentis anni. Nono cõiunctiões ⁊ oppositiões solis ⁊ lune ⁊ alioꝝ planetaruꝫ. Decimo ⁊ vltimo ponã qui dies sint felices operũ·⁊ qui infelices sitqꝫ in his omnib⁹ deus omnipotẽs nobis adiutor.

Erit introit⁹ solis hoc anno·M·cccc·lxxxviii· in primũ minutuꝫ arietis die·x·Martii post meridiem hora octaua minuto.xxv·ii· xxviii·iii·xxiiii·ascẽdente ad angulũ oriẽtalis orizõtis gradu·i· minuto·l·Scorpii Marte ⁊ Ioue dñium anni obtinẽte ⁊ qr est signũ fixũ nõ est necesse alias celi quartas ponere·

Oppositio aũt pcedẽs in q̃ ptho·dicit esse maiorẽ vicꝫ q̃ in ipso solis introitu ĩ ariete· Erit die·xxvi·februarii hora·xi·⁊·m·xxx. ascẽdente gradu·xxi.M·xviii·Aquarii in q̃ Mercuri⁹ ẽ potẽtior. Erit etiã die·xx·Martii coniunctio Iouis ⁊ Martis·Et solis ecclipsis·viii·die Iulii in Cancro ascendente gradu·

Et quoniã tam ex his q̃ ex cõiunctione Saturni ⁊ Martis que fuit anno precedenti·⁊ ex ecclipsi solis eiusdẽ anni pendet presens vaticiniũ cum eorũ influxus non transierint·Nec non ex coniunctionibus magnis mediis ⁊ minoribus·⁊ earũ profectionũ ⁊ diuisoribus ⁊ ex signo magni orbis ⁊ ipsi domino de quibus omnib⁹ ne tediũ pariat lectoribus suis locis dicem⁹· a primo incipientes ad cetera veniamus.

De aeris dispositione.

Aeris dispositio ad humiditatem ⁊ frigiditatem declinabit propter signum ascendentis naturam·Estas autem non omnino suas qualitates seruabit·Nam erunt alique pluuie inutiles ⁊ preci-

pue Julio mēse que erūt cā corruptiōis aeris· ⁊ generationis ver
miū tā in vere ꝙ in estate· Et quod eo mēse sol in loco caude puā
eclipsem patiet̄ erit cā terremotus suo tpe futuros· Autūpnus au
tem equabilis ⁊ parū ad humiditatē magis ꝙ ad siccitatē decli
nabit· Hiemps erit frigidissima cū gelu maxio ⁊ niuiū casu circa
medietatis finē erūt venti septētrionales aere serināteſ ⁊ fortes·
De fertilitate accurate dicendū cum fertilitas ⁊ carestia possit ꝓ
cedere vel ex celi dispositione de qua dicturus sum· vel ex malo ci
uitatis regimine· vel propter bellum. His duobus obmissis dico
maxime Romanis hunc annū fertilem in frugibus . sed in vino
qui vermes effugerint ⁊ gelu glandineꝗ vitarit habundabunt ⁊
oleo similiter de speciebus· ⁊ aromatib⁹ nescio que cura vos tan
gat in hoc aere tempato velle aromata· piper ⁊ similia· Cum Ita
lia rebus calidissimis habundet in qua saluia· rosmarinum · ser
pillum· finocul⁹· Alleūꝗ ⁊ tot habeat viridātis agelli herbas odo
riferas. dubito enī ne pipi ⁊ aliis aromatib⁹ mare claudat̄.

De statu hominum.

Uulgi status ⁊ rusticorum malus erit· Nam in oppositione prece
denti Mercurius Marti iunctus in ascendēte locati indicāt pue
ro rum mortes . iras dissensiones cum subtilitate ingenii ⁊ rixas
inter ciues ⁊ populares eleuari spiritu superbie· ⁊ nolle suis pare
re maioribus aut subici aliis· Nec obstat Saturnum eorū signifi
catorem esse bene dispositu ȝ· Cum ipse aspiciatur a sole ex quadra
to· vterꝗ se se impedientes· Et coniunctio anni superioris Satur
ni ⁊ Martis significat vniuersale malum tam populi ꝙ rustico
rum ⁊ nautarum· Et quartus Saturni aspectus ad solem. nō tā
tum nobiles sed etiam magnates ex veteribus odiis prouocat ad
discordiā de qb⁹ ⁊ si sigillatī esset dicēdū lōgi⁹ sermo ꝓcederet. nā
quedā ꝓfectiōes ad Capricornū librāꝗ· ⁊ ad pisces nobilib⁹ ⁊ ma
gnis viris aduersant̄ ⁊ hoī solari ceterūꝗ iouiales meli⁹ se hēbūt
⁊ tñ mars illi iunct⁹ significat mortē hoīs diuitis ⁊ magni noīs

Solares male se habebunt propter eclipses iã dictas que ad ma-
gnos viros extendit͠ cum sol sit earũ significator ꝛ vitalis virtu-
tis post deum largitor

Solis etiã eclipsis futura in cancro subditis illi signo minatur ꝛ
eo fortius quia in loco caude ꝛ luna illius signi domina in anni
pricipio cõiuncta· marti in piscib⁹ vitẽt nauale pliũ cõsulo· hi ad
quos ea significatio refert͠ · nã est fortis cõstellatio.
Aquario ꝛ Capricorno subiecti licet earũ dñs Saturnus sit fortis
ꝛ bene dispositus tñ etiã in solis quadrato nõ liberat eos a peste
ꝛ a regũ cõtrarietatibus vermibus· ꝛ terremotu·
Scorpioniste ꝛ piscib⁹ subditi bene se habebũt sed scorpioniste me
lius pp dñium anni quod vtriq; eoꝝ signorũ dñis marti· s· ꝛ ioui
dedimus tanq̃ fortioribus in celi figura·
Venerei vt sunt Taurini bene se habebũt ꝛ similiter voluptatib⁹
dediti ꝛ filii eoꝝ matrimonia marie viduarũ ꝛ virginũ cõualescẽt
Libriste si a peste nõ vexabuntur in ceteris bene se habebunt idẽ
de arietinis manat iudiciũ·

Virginiste pp mercuriũ ei⁹ signi dñm in oppositione precedente
erũt bñ dispositi· Geministe aũt nõ sic erũt quos inficit cõiũctio
saturni ꝛ martis que anno supiore facta ẽ in sagittario
Sagittario subditi nõ tñ a peste· sʒ ꝛ bellis vexari apparet de sub
iectis signo pisciũ· ꝛ ioui iã diximus ꝙ bene se habebunt·
Cõclusio solares vt sunt prelati ꝛ reges quãtũ fieri põt· vitent in-
sidias ꝛ ne veneno petant͠ · Abstineãt a potionibus ne detur occa
sio mala cogitantibus·
Qui autẽ sint prelati ꝛ reges statui nihil dicere neminisq; mise-
reri vt plautino verbo vtar quoniã neminem miseret me · Id af-
firmo Martem propterea caudã in eclipsi significant timere eos
ne occidantur vt dicit Albumasser a vilibus personis ꝛ ne exerci
tus orientalis contra suum regem insurgat · nam iudicatur eos
fieri suo rege superiores ·

3 369

De pestilētia aūt ꝛ aduersa hoīm valitudine multa sunt testimo- nia pp profectiones magnarū coniunctionū ꝛ mediarū ꝛ earū di- uisorib⁹ ad librā ꝛ Martē cū Mercurio in signo humano discur- rentē· ꝛ cōiunctio futura Jouis ꝛ Martis ꝛ pp eclipses iā dictas. Et ꝙ luna marti cōiungit̄ que breuitatis causa obmitto· tm̄ hoc me forti⁹ mouet ꝙ octaue dom⁹ dn̄s Mercuri⁹ ī oppositiōe prece denti solis introitu ē marti cōiunctus significat puerorū mortem dn̄s deus omnipotēs sit oībus adiutor qui bonoꝝ precibus flecti cōsueuit· Est dei mun⁹ propriū supremi parcere: ꝛ dignis precib⁹ rogāti· Largi⁹ voto manib⁹ refusis ferre salutē. vti in fastis com memini· purgēt se ꝛ abstineāt a vitijs si gratiā ab altissimo con- sequi volunt

De bello·

De bellis inqrere supfluū videtur cum omnis italia sit pacatissi ma· ꝛ quisqꝫ aptus ad sua tuanda ꝛ piculosum sit pacificū italie statū pturbare ꝛ incerta p certis querere· potētatusqꝫ italie ita p- titi vt vn⁹ ledi sine alterius pnitie nō possit· At tamē quid astra decernāt apiamus quicque bellū pēdet ex voluntate libri arbitrij imperitantiū· Martis tm̄ ꝛ saturni cōiunctio anni supioris mense decēbri facta cū ipsi⁹ effect⁹ ad hūc annū extendat̄ vt dicit Mes- sala Albumisarqꝫ ꝛ alij indicāt diuitū ꝛ potentū cōtrarietates ꝛ bellorū impedimēta ī terris subditis sagittario ꝛ earū regib⁹ p gē tes martiales extraneas seu barbaras· Jouis autē ꝛ martis cōiun ctio significat nō vltiari bellū· ꝛ tm̄ hos fieri apparat⁹ quod de⁹ affirmet· quicqd sit dubito ne gēs barbara regnū neapolitanum siue siciliam aut cretā inuadat· Nam cum turci otrantum inuase re fuit saturnus in martis quadrato aspectu· ꝙ si hij ad quos at- tinebat mihi credidissēt vt eos feci certiores ea calamitas suscep- ta non fuisset· ꝙ si aspectus quartus hoc indicauit· Multo ergo fortius eorum coniunctio: quod etiam bellū alique profectiōes ꝛ luna marti coniuncta in piscibus ꝛ eclipses minantur ꝛ forte na- uale prelium· Romanos tamen tutos a bello fore astra declarant

Cominatur etiam bellum vel apparatus natalis belli profectio il lius cōiunctionis que precessit christi aduentum que est ad Cancrum lune hospiciū cuz ipsa sit iuncta Marti in anni huius principio ⁊ solis defectus in eodē signo qui fiet Julio mense. Et profectionem illā coniunctionis sectā Mahometti significantez que peruenit ad scorpionem ipsos infideles excitat ad bellum propter Martis dominiū. Signuz etiam magni orbis in ecclipsi solis anni superioris infortunatū in quo mars prefuit. Et propter lunā dn̄am magni orbis a Marte infortunatā fietqꝫ prelium circa Autumpnum cum Mars retrogradabitur. s. die. xxviii. Nouembris fortis constellatio ea pene infallibilis. At siquis statum Jtalie pacificum asperit hec non posse fieri diiudicabit.

De eclipsi autem solis futura in signo Cancri dicimus ex Ptho. sententia ꝙ erit his hominibus ⁊ ciuitatibus impedimēto graui qui solem in loco eclipsis in earum vrbiū natiuitatibus ⁊ hominum habuerit in eisdem locis vel angulis natiuitatū ciuitates illi signo subiecte in Jtalia Mediolanū ꝓ pri̅a edificatione Lucā Uenetie ⁊ in grecia Constantinopolis ⁊ sique sunt alie. Similiter etiam his qui in eorum reuolutionibus locū eclipsis in ascendente habuerint: vel aliis angulis secundū angulorūz proprietates. Nec sit qui hec paruipendat cum etiaz superioris anni eclipsis perduret effectus leoni signo suppositis. vt ī vaticinio anni superioris disserui.

M·cccc·lxxxviii·

Cōiunctiones lune ⁊ solis hoc post meridiem signant

	Dies	hore	Minute·
Marti⁹	xii·	xxiii·	xxvi·
Aprilis	xi·	xiiii·	v·
Maius	xi·	i·	liii·
Junius	ix	xi·	xxii·
Julius	viii·	xix·	xi·
August⁹	vii·	ii·	xlviii·
Septēber	v·	x·	xliii·
October	iiii·	ix·	lvi·
Nouēber	iii·	vii·	viii·
Decēber	ii·	xx·	xli·
M·cccc·lxxxix·			
Januari⁹	i·	xii·	xxxii·
	xxxi·	vi·	o

Oppositiones solis ⁊ lune

	Dies	hore	Minute·
Marti⁹	xxvii·	ii·	lvii·
Aprilis	xxv·	xiii·	viii·
Maius	xxiiii·	xxiiii·	xiiii·
Junius	xxv·	xii·	xxxxi·
Julius	xxiii·	ii·	xxxxvii·
August⁹	xxi·	xviii·	xxxiii
Septēber	xx·	xi·	xxvi·
October	xx·	xxi·	xxxii·
Nouēber	xviii·	xx·	xxxxiiii·
Decēber	xviii·	xi·	iiii·
M·cccc·lxxxix·			
Januari⁹	xvi·	xxiii·	xxi·
Februari⁹	xv·	ix·	xxxxv·

Coniunctiões alioꝝ planetarū

Martii	Dies
Jouis ⁊ Mercurii	xii
Martis ⁊ Jouis	xx·
Aprilis	
Jouis ⁊ Veneris	viii·
Solis ⁊ Mercurii	ix·
Maii	
Martis ⁊ veneris	ix·
Junii	
Solis ⁊ Mercurii	vi·
Julii	
Solis ⁊ lune eclipsis	viii·
Solis ⁊ mercurii	xxviii·
	Dies
September	
Solis ⁊ mercurii·	xxviii·
October	
Veneris ⁊ Mercurii	iii·
Solis ⁊ veneris	xxiii·
Nouēber	
Solis ⁊ mercurii	xxvi·
Decēber	
Saturni ⁊ veneris	vi·
Saturni ⁊ mercurii	viii·
Solis ⁊ Saturni	xviii·
M·cccc·lxxxix·	
Januarii	
Veneris ⁊ mercurii	iiii·
Solis ⁊ Mercurii	xviii·
Februarii	
Jouis ⁊ Veneris	xi· valde bōa

Dies felices operum·

Martius	i . iii · vij · viij . xj · xiiij · xv · xix . xx · xxj ·
Aprilis	v · vi · vij . viij · xij · xvij · xxj · xxv · xxx ·
Maius	i · ij · v · vij · x · xij . xv · xx · xxiij . xxvij · xxviij ·
Juniꝰ	iiij · vj · viij · xj · xvij · xviij · xix · xxiiij · xxv · xxvj · xxix · xxx · xxxj ·
Julius	vij . xvi · xvij · xxj · xxvj · xxviij ·
Augustꝰ	iiij · vj · x · xi · xiiij · xvi · xvii · xxij . xxvij ·
Septẽber	i · iiij · ix · xiiij · xv · xvj · xviij · xxiij · xxx ·
October	vj · x · xiiij · xv . xxv · xxviij ·
Nouẽber	ij . iiij · vij · xij . xiij · xiiij · xvij · xxj · xxiij · xxiiij · xxviij . xxx ·
Decẽber	i · iiij · v · viij · ix · xiij · xiiij · xxiiij · xxvij · xxviij ·

M.cccc·lxxxix·

Januariꝰ	iij · iiij · vj · viij · xij · xiij · xiiij . xxiiij · xxix ·
Februariꝰ	ij · iij · x · xij . xix · xxj . xxv · xxvij . xxviij ·

Dies in felices·

Martius	ij · iiij · v · x · xij . xiij . xviij · xix . xxiiij · xxvj · xxvij · xxxi ·
Aprilis	ij · iij · ix · xj · xvi . xviii · xxij . xxiiii . xxvi · xxix ·
Maius	iii · vi · viii · ix · xi · xiii · xix · xxi · xxiiij · xxvi · xxix ·
Junius	i · ii · v · ix · xii · xv · xviii · xix . xxiii · xxvi · xxvii ·
Julius	i · iiii · vi · viii · xi · xiii · xv · xviii · xix · xxiii · xxv · xxvii · xxxi ·
Augustꝰ	iii · vii · viii . ix . xiii · xv · xxi . xxiii . xxv · xxix · xxx · xxxi
Septẽber	v · vi · xii · xiii · xix . xx · xxi · xxv · xxvi . xxvii .
October	iiii . iii . ix · xi · xvii · xviii . xix · xxiiii · xxvi · xxvii · xxix ·
Nouẽber	i · iii · vi . viii · x · xvi · xviii · xx · xxv · xxvii · xxix ·
Decẽber	ii · iii · vi · x · xi · xviii · xx · xxiiii · xxv · xxvi · xxxi ·

M·cccc·lxxxix.

Januariꝰ	i · ii vii · ix · xv . xvi · xxi . xxiii . xxvii · xxviii · xxxi
Februariꝰ	iiii · v · viii · xi · xv · xvii · xviii . xxii · xxiiii ·

Perfectũ Rome die · xviiii · Februarii · M.cccc·lxxxviii · ꝑ me Laurentium Bonincontriũ miniatensem astrologũ ⁊ poetam·